



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De iis, qui aduersus Deum inscientes peccant & blasphemant. cap. xxxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

Canities senum, clementia: vita autem eorum cognitio vera. Nulla virtus ita sapientiam parere consuetit, ut lenitas.

De iis, qui aduersus Deum inscientes peccant & blasphemant.

C A P. XXXI.

Prou.19. **T**VL TITIA hominis supplantat gressus eius: Deum autem accusat cor eius.

*Naz. in
Tetra. 3.*

Quid culpam in hostem semper ipsi vertimus,
Cum nostra praeſtent robur ipsi crimina?
Te criminare prorsus, aut certe magis.
Ignis tuus nam flamma verò dæmonis.

Chrys.

Omnino, si ad ea, quæ geruntur, accurata animum adiicimus, nemo nobis imposturam facit. Etenim diabolus quidem nos impellit: Verum, ut ipse nos plurimis malis afficit, sic nos quoque ob socordiam nostram plurima mala nobis accersimus.

De temerario & impudenti, atque iracundo.

C A P. XXXII.

Iob. 5.



TVL TVM interficit iracundia. Per iracundiam imbecilles euerterunt peccatores. Magnum & potentem perdit ira.

Impius non veretur faciem honorabilis viri: nec scit eiusmodi hominibus honorem exhibere.

Define ab ira, & derelinque furorem. Furor illis secundum similitudinem serpentis.

Vir iracundus indecorus est. Ira perdit etiam prudētem.

15.27.

Vir iracundus prouocat rixas. Iracundus temerè omnia facit. Graue est faxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum homine furioso: ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuae. Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliior. Non loqueris verbum in ira ex ore tuo. Labia stulti miscent se rixis: & os eius iurgia prouocat. Os stulti contritio eius: & labia ipsius, ruina animæ eius. Impudens vir impudenter sustinet facie. Ventus aquilo excitat nubes: facies autem impudens linguam extimulat. Qui duro corde est, incidet in mala.

Ecls. 7.

Hier. 3.

Ecli.

30.

23.

Mat. 5.

Ephes. 4.

Iac. 1.

Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit.

Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere.

Anima impudens delebitur. Non poterit iracundia iniqua iustificari. Etenim momentum iræ ipsius, ruina ipsi est. Remoue iram à corde tuo. Zelus & iracundia minuent dies. Domine omnipotens, Deus salutis meæ, anima vi-ri impudentis ne tradas me.

Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio.

Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia.

Ira viri iustitiam Dei non operatur.

Basil.

Iracun-

dia temu-

lentia ge-

nus est.

Væ his, qui temulentis sunt, non à vino. Iracundia, anima temulenta est, de statu eam exturbans, non secus ac vinum. Mœstitia ipsa quoque ebrietas est, mentem submogræns.

Irascentem aliquem tibi animo propone, quemadmodū videlicet ex hoc affectu temulentiam contrahat. Sui ipsius compos non est. Seipsum ignorat, atque item eos, qui adsunt.

Non